

æternum transtulisti: te supplices exoramus; ut sicut illum gratiæ tuæ ubertate præventum, illecebras sæculi superare fecisti, ita nos facias, ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus pervenire. Per Dñm.

In Hymno. Iste Confessor, mutatur tertius Versus.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrunt.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Henricus, cognomento Plus, è Duce Bavarie Rex Germanie, ac postmodum Romanorum Imperator, temporalis regni non contentus angustiis, pro adipiscenda immortalitatis corona sæculum æterno Regi exhibuit servitutum. Addepto enim Imperio, religioni amplificandæ studiosè incumbens, Ecclesias ab infidelibus destructas magnificentius reparavit, plurimisque largitionibus & prædiis locupletavit. Monasteria, aliæque loca pia vel ipse ædificavit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem hereditariis opibus fundavit, à beato Petro, Romanoque Pontifici tegulam fecit. Benedictum Octavum, à quo Imperii coronam acceperat, profugum excepit, suæque Sedi restituit.

Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit. Lectio v.

In Cassinensi Monasterio gravi detentus infirmitate, à Sancto Benedicto, insigni miraculo sanatus est. Romanam Ecclesiam amplissimo diplomate muneratus, eidem tuendæ bellum adversus Græcos suscepit, & Apuliam, ài ab illis possessam, recuperavit. Nihil sine precibus ag-

gredi solitus, Angelum Domini, Sanctosque Martyres tutelares pro se pugnantes ante aciem interdum vidit. Divinam autem protectus ope, barbaras nationes precibus magis quam armis expugnavit. Pannoniam adhuc infidèlem, tradidit Stèphano regi sorore suâ in uxorem, eoque baptizato, ad Christi fidem perduxit, Virginitatem raro exemplo matrimonio junxit, Sanctamque Cunegundam, conjugem suam, propinquis ejus, morti proximus, illibatam restituit.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et. Lectio vj.

Denique rebus omnibus, quæ ad Imperii honorem & utilitatem pertinebant, summâ prudentiâ dispositis, & illustribus per Galliam, Italiam, & Germaniam, religiosæ munificentiæ vestigiis passim relictis, postquam heroiçæ virtutis suavissimum odorem longè latèque diffuderat; sanctitate quam sceptro clariore, ad regni cœlestis præmia, consummatis viæ laboribus, à Domino vocatus est anno salutis millésimo vigésimo quarto. Cujus corpus in Ecclesia beatorum Apostolorum Petra & Pauli Bambergæ conditum fuit: statimque ad ejus tumulum multa miracula, Deo ipsum glorificante, patrata sunt; quibus postea ritè probatis, Eugénius Tertius Sanctorum numero illum adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

Et

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Symbulæ vestri præcincti, de Comuni Confes. non Pontif. Iviij. Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XVI. JULII.

In Festo B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo.

Duplex.

Omnia ut in Festo B. Mariæ ad Nives, v. Augusti, 517. præter illa quæ sequuntur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, resove fœbiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam solèmnem Commemorationem.

Oratio.

Deus, qui beatissimæ semper Virginis & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti: concede propitius; ut cujus hodiè Commemorationem solènni celebramus Officio, ejus muneri præsidii, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur, Qui vivis.

Deinde fit Comm. S. Henrici.

In primo Nocturno, Lectiones de Parabolis Salomonis. Ego sapiëntia, ut ad Nives.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Cum sacrâ Pentecostes die Apostoli cœlitus afflati, variis linguis loquerentur, & invocato augustissimo Jesu nómine, mira multa patrarent: viri plurimi (ut fertur) qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ ac Elisæi institerant, & Joannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ atque probatâ, evangelicam Fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, beatissimam

Virginem (cujus collouit as familiaritate feliciter frui potuere) ad eum venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nebulam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sæculum construxerint.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cyprissus in monte Sion: quasi mirra electa. Dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, Dedi suavitatem.

Lectio v.

Ad novum ergo Sacellum sæpè quotidie convenientes, ritibus piis, precationibus ac laudibus beatissimam Virginem, vel singularem Ordinis tutelam colabant. Quàm obrem Fratres beatæ Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, sed & indulgentias pecuniarias iis, qui eo titulo vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec verò nomenclaturam tantum magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam; verum & insigne sacri Scapularis, quod beato Simóni Anglico præbuit, ut cœlesti hac veste Ordo ille sacer dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum, cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione instarent, astitit Honorio noctu plissima Virgo Maria, planèque jussit, ut Institutum & homines benignè complecteretur.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem?

V. Vidérunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circum-

cūm dabant eam flores rosārum, & lilia convallium. Vidērunt eam.

Lectio vj.

Non in hoc tantū sæculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogativis beatissima Virgo insignivit; verū & in alio (cūm ubiq̃e & potentia & misericordiā plurimū valeat) filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinētiā modicam, præcesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planē affectu, dum igne Purgatorii expiantur, solari, ac in cœlestem patriam obtentu suo quantociūq̃ se creditur efferre. Tot ergo tantisque beneficiis Ordo cumulatus, solēnem beatissimæ Virginis Commemorationem ritu perpetuo ad ipsam Virginis gloriā quotānis celebrandam instituit.

R. Ornātā monilibus filiam Jerusalem Dōminus concupivit. * Et vidētes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt, dicētes: * Unguentum effusum nomen tuum. **V.** Assitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et vidētes eam. Glōria Patri. Unguentum.

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Beati Presbyteri Magnæ devotionis, ut ad Nives v. Augusti. 519.

R. vij. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **V.** Ora pro pōpulo, intērvēni pro clero, in tercedē pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum jūvamen, quicūmq̃ celebrant tuam solēnem Commemorationem. Quia ex te.

R. viij. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dōminus magna qui potens est, &

sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progēnie in progēnies timētibz eum. Quia fecit mihi Dōminus. Glōria Patri. Quia fecit.

Ad Laudes & per Horas, omnia ut in Festo B. Mariæ ad Nives.

Ad Benedictus, Antiphona.

Caput tuum ut Carmelus, & comæ capitis tui, sicut pūrpura Regis vincula canālibz, alleluia.

In secundis Vesperis, Antiphona, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & **V.** ut in primis Vesperis. 477.

Ad Magnificat, Antiphona.

Glōria Libani data est ei: decore Carmeli, & Saron, alleluia.

Deinde fit Commemoratio Sancti Alexii.

DIE XVII. JULII.

In Festo Sancti Alexii Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, iv. præter sequentia. Oratio.

Deus, qui nos beati Alexii Confessoris tui annuā solēmitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia cōlimus, etiā actiones imitemur. Per Dōminum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Alexius Romanorum nobilissimus, propter exilium Jesu Christi amorem primā nocte nuptiarum peculiari Dei monitu relinquens intactam sponsam, illustrium orbis terræ Ecclesiarum peregrinationem suscepit. Quibus in itinēribz cūm ignōtus septēdecim annos fuisset, aliquādo apud Edessam Syriæ urbem, per imaginem Sanctissimæ Mariæ Virginis ejus nomine divulgato, indē navi discessit. Ad portum Romanum appulsus, à patre suo tamquam aliēnus pauper hospiti-

Lectio iv.

AT contrā, sapientiā justorum est, nil per ostēnsionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quā facere; nullam iniuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliā lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur: quia ab hujus modū sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocēter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur: & quidquid in opere veritatis approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultitibus videtur mundo, quā mentem verbis ostēdere, nil callidā machinationis simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, possessa relinquere, rapientī non resistere, percutienti alteram maxillam præbere?

R. Iste homo perfecti omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrede in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glōria Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri in Evangelium Ecce nos reliquimus omnīa, ut in Communi Abbatum. lxxvj.

Vesperæ de S. Camillo Conf. cum Comm. S. Alexii, & SS. Symphorosæ, &c. Martyrum.

DIE XVIII. JULII.

Sanctæ Symphorosæ cum septem filiis Martyribz.

Oratio.

Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum Symphorosæ & Filiorum ejus natalitia colere: da nobis in æterna beatitudi-

dine de eorum societate gaudere.
Per Dominum nostrum.

Lectio ij.

Symphorosa Tiburtina, Getulii Martyris uxor, ex eo septem filios peperit, Crescentium, Julianum, Nemesium, Primitivum, Justinum, Stracteum, & Eugénium: qui omnes propter Christianam fidei professionem una cum matre, Hadriano Imperatore comprehensi sunt. Quorum pietas multis variisque tentata suppliciis, cum stabili permaneret; mater, quae filius fidei magistra fuerat, dux eisdem ad martyrium exiit. Nam saxo ad collum alligato, in profuentem deicitur: cuius corpus conquisitum a fratre eius Eugénio sepelitur.

R. Hac est vera fraternitas, quae numquam potuit violari certamine, qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: **C.** Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna caelestia. **V.** Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Gloria Patri. Contemnentes.

Lectio liij.

Postridie ejus diei, qui fuit decimo quinto Kalendas Augusti, septem fratres singuli ad palum alligati, varie sunt interfecti. Crescencio guttur ferro transfigitur: Juliano pectus confoditur: Nemesio cor transverberatur: Primitivo traicitur umbilicus: Justinus membram secatur: Stracteus telis configitur: Eugénius à pectore in duas partes dividitur. Ita octo hostia Deo gratissime sunt immolata. Corpora in altissimam foveam projecta sunt via Tiburtina, nono ab Urbelapide: quae postea Romam translata, condita sunt in Ecclesia Sancti Angeli in Piscina.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XIX. JULII.
In Festo Sancti Vincentii à Paulo Confessoris.
Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Possitici, IV. praefer sequentia.
In Hymno: Iste Confessor, mutatur jertius Versus.
Oratio.

Deus, qui ad evangelizandum pauperibus, & Ecclesiasticis ordinis decorem promovendum, beatum Vincentium Apostolicam virtute roborasti: praesta quaesumus; ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoque instruarum exemplis.

Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Vincentius à Paulo, natione Gallus, Pódi non procul ab Aquis Tarbellis in Aquitania natus, jam tum à puero eximiam in pauperes charitatem pra se tulit. A custodia patris gregis ad litteras evocatus, humanas Aquis, divinas cum Tolosae, tum CaesarAugustae didicit. Sacerdotio initiatus, ac Theologiae laurea insignitus, in Turcas incidit, qui captivum in Africam abduxerunt; sed in captivitate positus, herum ipsum Christorursus lucrificavit. Cum eo igitur ex barbaris oris, opitulante Deipara, sese propiciens, ad Apostolica limina iter instituit: undè in Galliam reversus, Cliippiaci primum, mox Castellionis Paroecias sanctissime rexit. Renuntiatus à Rege primarius Sacrorum minister in Galliae trirëmibus, mirum quo zelo, & ducum, & remigum salutem operam posuerit. Monialibus Visitationis à Sancto Francisco Salésio praeposita, tanta prudentia per annos circiter quadraginta eam curam sustinuit,

nuit, ut maxime comprobaverit iudicium sanctissimi Praesulis, qui Sacerdotem Vincencio digniorem nullum se nosse fatebatur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoibus tutavit illum: **C.** Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Evangelizandis pauperibus, praesertim rusticis, ad decrepitam usque aetatem indefessus incubuit; eique Apostolico operi tum se, tum alumnorum Congregationis, quam sub nomine Presbyterorum secularium Missionis instituit, perpetuo voto à sancta Sede confirmato, speciatim obstrinxit. Quantum autem augendae Cleri disciplinae al-laboraverit, testantur erecta majorum Clericorum Seminaria: collationum de divinis inter Sacerdotes frequentia, & sacrae Ordinationi praemittenda exercitia: ad quae, sicut & ad pios laicorum secessus, instituti sui domicilia libenter patere voluit. Insuper ad amplificandam Fidem, & pietatem, Evangelicos misit operarios, non in solas Galliae provincias, sed & in Italiam, Poloniam, Scotiae, Hyberniam, atque ad Barbaros, & Indos. Ipse vero, vita functo Ludovico decimotertio, cui morienti hortator adstitit, à Regina Anna Austriae matre Ludovici Decimi quarti, in sanctius consilium accitus, studio-sissime egit, ut nonnisi digniores Ecclesiae, ac Monasteriis praeficerentur: civiles discordiae, singularia certamina, serpentes errores, quos simul sensit, & exhorrui, amputarentur; debitaeque iudicis Apostolicis obedientiae praestaretur ab omnibus.

Paris Aetiva.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, **C.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vj.

Nullum fuit calamitatis genus, cui patrene non occurrerit. Fideles sub Turcarum iugo gementes, infantes expositos, juvenes discolors, virgines periclitantes, Moniales dispersas, mulieres lapsas, ad trirëmes damnatos, peregrinos infirmos, artifices invalidos, ipsosque mente captos, ac innumeros mendicos subsidiis, & hospitii, etiamnum superstitionibus excepit, ac pie fovit. Lotharingiam, Campaniam, Picardiam, aliasque regiones peste, fame, belloque vastatas, prolixè refecit. Plurima ad perquirendos, & sublevandos miseros sodalitia fundavit; inter quae celeberrima Matronarum coetus, & late diffusa sub nomine charitatis puellarum societas. Puellas quoque tum de cruce, tum de providentia, ac Sanctae Genovefae ad sequioris sexus educationem, erigendas curavit. Hac inter, & alia gravissima negotia, Deo iugiter intentus, cunctis affabilis, ac sibi semper constans, simplex, rectus, humilis, ab honoribus, divitiis, ac deliciis semper abhorruit, auditus dicere, rem nullam sibi placere, praeterquam in Christo Jesu, quem in omnibus studebat imitari. Corporis demum afflictatione, laboribus, senioque attritus, die vigesima septima Septembris, anno salutis supra millesimum sexcentesimo sexagesimo, aetatis suae octogesimo quinto, Parisiis in domo Sancti Lazari, quae caput est Congregationis Missionis, placide obdormivit: quem virtutibus, meritis, ac miraculis clarum, Clemens Duodecimus

Hi

in-

inter Sanctos rétulit, ipsius celebratâ die décimâ nonâ mensis Julii quotannis assignatâ.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Designavit Dominus, ut in Comuni Evangelistarum. xvi.

R. vij. Iste est qui ante Deum.
R. viij. Sint lumbi vestri, de Comuni Confessoris non Pontificis.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis.

DIE XX. JULII.
Sanctæ Margaritæ Virginis & Mart.
Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Dômine, beata Margarita Virgo & Martyr impleret: que tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dôminum nostrum.

Sermo Sancti Ambrôsii
Episcopi.

Lib. 1. de Virginibus circa initium.
Lectio iij.

Quoniam hodiè natâlis est virginis, invitat nunc integritatis amor, ut aliquid de virginitate dicamus: nec veluti transitu quodam præstricta videatur, quæ principâlis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur: sed quia ipsa martyres faciat. Quis autem humanò eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclûsit légibus? Aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturæ sit? Et cœlo accersivit, quod imitaretur in ter-

ris. Nec imméritò vivendi sibi usum quæsitivè è cœlo, quæ sponsum sibi invenit in cœlo.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXI. JULII.
Sanctæ Praxedis Virginis.
Oratio.

Exaudi nos Deus salutâris noster: ut sicut de beatâ Praxedis Virginis tuæ festivitâte gaudemus, ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dôminum.
Lectio iij.

Praxedis virgo Româna, Pudentiânæ virginis soror, Marco Antonino Imperatøre Christianos persequente, eos facultatibus, operâ, consolatione, & omni charitatis officio prosequébatur. Nam alios domi occultabat: alios ad fidei constantiam hortabatur: aliorum corpora sepeliébat: iis, qui in carcere inclusi erant, qui in ergastulis exercebantur, nullâ re déerat. Quæ cum tantam Christianorum stragem jam ferre non posset, Deum precata est, ut, si mori expediret, se è tantis malis eriperet. Itaque duodecimo Kalendas Augusti ad pietatis præmia vocatur in cœlum. Cujus corpus à Pastore Presbytero in patris & sororis Pudentiânæ sepulchrum illatum est, quod erat in cœmetério Priscillæ, viâ Salariâ.
Te Deum laudamus. 12.

DIE XXII. JULII.
In Festo Sanctæ Mariæ Magdalene.
Duplex.

Ad Vesperas, Ant. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphonis, & Psalmis, ut in Comuni nec Virginis nec Martyris. lxxx.

Capitulum.

Prov. 31. b

Mulierem fortem quis invenit? procul, & de ultimis finibus pretium ejus: confi-

sult in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymnus.

Pater supérni lûminis,
Cum Magdalênam respicis,
Flammas amoris éxctas,
Gelêque solvis pectoris.

Amore currit sæucia
Pedes beatos ûngere,
Lavare fletu, tergere
Comis, & ore lâmbere.

Adstare non timet Cruci,
Sepulchro inhaeret anxia,
Truces nec horret milites:
Pellit timorem Charitas.

O vera, Christe, Charitas,
Tu nostra purga crimina,
Tu corda reple gratiâ,
Tu redde cœli præmia.

Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæculum per omne glória. Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in ætèrnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubuit in domo Simonis leprosi, attulit alabastrum unguenti, & stans retrò secus pedes Jesu, lacrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebatur, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebatur.

Oratio.

Beatæ Mariæ Magdalene, quæsumus Dômine, suffragiis adjuvemur: cujus precibus exoratus, quatrîduanum fratrem Lazarum vivum ab inferis resuscitasti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum, * In conversione Mariæ Magdalene.
Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Maria castis ósculis
Lambit Dei vestigia:
Fletu rigat, tergit comis:
Detersa narco perlinit.
Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

Antiphonæ. Psalmi, & VV. Nocturnorum de Comuni nec Virginitatis nec Martyrum. lxxxij.
In primo Nocturno.

De Canticis canticorum.

Lectio j.

Cap. 3.

In lætulo meo per noctes quæsi quem diligit anima mea: quæsi virum, & non invenit. Surgam, & circuibò civitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæsi illum, & non invenit. Invenentur me vigiles, qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, invenit quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

R. Mariæ Magdalene, & altera Maria ibant dilectulo ad monumentum: * Jesus, quem quæritis, non est hic: surrexit, sicut locutus est: præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. **V.** Et valde manè eum sabbatum veniunt ad monumentum orto jam sole: & introstantes viderunt juvenem sedentem in dextris, qui dixit illis. Jesus, quem quæritis.
Lectio iij.

Cap. 8.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculet te, & jam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum.

Hh 2

mm

num matris mee, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos filie Jerusalem, ne suscitëris, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum: quia quem querebam, apparuit mihi. **V.** Et dum fletum ad monumentum, vidi Dominum meum, alleluia. **V.** Recedentibus discipulis non recedebam, & amoris ejus igne succensa ardebam desiderio. Et dum.

Lectio iij.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, inmixta super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

R. Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Dicunt ei Angeli: Mulier quid ploras? surrëxit, sicut dixit: **V.** Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. **V.** Dum ergo fletet, inclinavit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes, qui dicunt ei: Præcedet vos. Glória Patri. Præcedet vos.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Gregorii Papa.

Homilia 25. in Evangelia.

Lectio iij.

Maria Magdalene, quæ fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem, lavit lacrymis maculas cripiinis: & vox veritatis implē-

tur, quæ dicitur: Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. Quæ enim prius frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Quæ a monumento Domini, etiam discipulis recedentibus, non recedebat: exquirebat, quem non invenerat: flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa, ejus quem ablatum credidit, ardebat desiderio. Unde contigit, ut eum sola tunc vidëret, quæ remanserat ut quæreret: quia nimirum virtus boni operis, perseverantia est.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **V.** Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intēde, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Quæsit ergo prius, & minime invenit: perseveravit ut quæreret, undè & contigit ut inveniret: actumque est, ut desideria dilata crescerent, & crescentia cæperent quod invenissent. Hinc est enim, quod de eodem sponso Ecclesia in Canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctes quæsi: quem diligit anima mea. Dilectum namque in lectulo quærimus, quando in præsentis vitæ aliquantula requie Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quærimus: quia etsi jam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: **V.** Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Sed qui dilectum suum non invenit, restat ut surgat, civitatem circumeat, id est, sanctam electorum Ecclesiam mente & inquisitione percurret: per vicos eum & plateas

tæas quærat, id est, per angusta & lata gradiētes aspiciat, ut si qua invenire in eis valeat, ejus vestigia exquirat: quia sunt nonnulli etiam vitæ sæcularis, qui imitandum aliquid hæbent de actione virtutis. Quærētes autem nos vigilēs inveniant, qui custodiunt civitatem: quia sancti patres, qui Ecclesiæ statum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt, ut suo vel verbo, vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, invenimus quem diligimus: quia Redemptor noster, etsi humilitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit.

R. Fallax grãtia, & vana est pulchritudo: **V.** Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opéra ejus. Mulier. Glória Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 7. f.

In illo tempore: Rogabat Jesus quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini

Episcopi.

Lib. 50. Homil. Homil. 23. tom. 10.

Evangelium cum legeretur, attentissime audistis: & res gesta narrata atque versata est ante oculos cordis vestri. Vidistis enim non carne, sed mente Dominum Jesum Christum in domo Pharisæi recumbentem, & ab illo invitatum non fastidientem. Vidistis etiam in civitate mulierem famosam, malâ titique famâ, quæ erat peccatrix, non invitatum irruisse convivio, ubi suscipit medicus recumbens, & quæssisse piâ impudentiâ sanitatem: irruens, quasi importuna convivio, oppor-

tuna beneficio. Noverat enim quantum morbo laboraret: & illum ad sanandum esse idoneum, ad quem venerat, sciebat.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & lèx clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus sue. **V.** Et panem otiosa non comedit. **V.** Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguitur in nocte lucerna ejus. Et panem.

Lectio viij.

Accessit ergo non ad caput Domini, sed ad pedes. Et quæ diu malè ambulaverat, vestigia recta quærëbat. Prius fudit lacrymas cordis, & lavit Domini pedes obsequio confessionis: capillis suis tersit, osculata est, unxit: tacita loquebatur, non sermone promebat, sed devotionem ostendebat. Quia ergo tēgit Dominum rigando, osculando, tergendo, ungendero pedes ejus; Pharisæus, qui invitaverat Dominum Jesum Christum, quia ex illo genere erat hominum superbiorum, de quibus Isaias Propheta dicit: Qui dicunt, Recede longè à me, noli me tangere, quoniam mundus suus putavit Dominum nescisse mulierem.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Domini mei Jesu Christi: **V.** Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **V.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opéra mea Regi. Quem vidi. Glória Patri. Quem vidi.

Lectio ix.

O Pharisæe invitator, & irrisor Domini, Dominum pascis, & à quo pascendus sis, non intelligis? Unde sis Dominum nescisse quæ fuerit illa mulier, nisi quia permissa est accedere, nisi quia illo patiente, osculata est pedes ejus, nisi quia terisit, nisi quia unxit? Hæc enim non debuit permitti facere in pedibus mun-

mundis mŭlier immŭnda? Ad illius ergo Pharisai pedes si talis mŭlier accessisset, dicitur erat, quod Isaias de talibus dicit: Recede a me, non me tangere, quoniam mundus sum. Accessit autem ad Dŏminum immŭnda, ut redire munda: accessit agra, ut rediret sana: accessit confessa, ut rediret professa.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Dum esset Rex in accēbitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. Psalm. Dŏminus regnabit, cum reliquis. 13. **Añā.** In odorem unguentŏrum tuŏrum cŭrrimus, adolescentula dilexerunt te nimis. **Antiphona.** Jam hyems transiit, imber abiit & recessit: surge amica mea, & veni. **Añā.** Veni elēcta mea, & ponam in te thronum meum, alleluia. **Añā.** Ista est speciosa inter filias Ierusalem.

Capitulum. Prov. 31. b

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus: confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymnus.

Summi Parentis Unice,
Vultu pio nos respice,
Vocans ad arcem glorie
Cor Magdalene penitens.
Amissa drachma regio
Recondita est aërio;
Et gemma deterso luto
Nitore vincit sidera.
Jesu, medela vulnerum,
Spes una penitentium,
Per Magdalene lacrymas
Peccata nostra diluas.
Dei Parens piissima,
Hevæ nepotes fœbiles
De mille vite fœctibus
Salutis in portum vehas.
Un! Deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,

Peccantium qui crimina
Remittit, & dat præmia.
Amen.

Y. Elégit eam Deus, & præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Benedictus, Antiphona.

María unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis, & domus implēta est ex odore unguenti.

Oratio.

Beate Mariæ Magdalene, quæ sumus Dŏmine, suffragiis adjuvémur: cujus præcibus exorátus, quatruidánum fratrem Lázaro vivum ab inferis resuscitasti. Qui vivis.

Ad Tertiam, Añā. In odorem. **Capit.** Mulierem fortem, ut supra.

R. breve. Spécie tua. **Y.** Et pulchritudine tua. Spécie tua. **Y.** Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie tua.

Y. Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovēbitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Jam hyems transiit.

Capitulum. Prov. 31. c

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: non timebit domui suæ: a frigoribus nivis.

R. breve. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. **Y.** Deus in medio ejus, non commovēbitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **Y.** Elégit eam Deus, & præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Ista est speciosa.

Capitulum. Prov. 31. d

Mulæ filie congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mŭlier timens Dŏminum, ipsa laudabitur.

R.

R. br. Elégit eam Deus, & præelégit eam. Elégit. **Y.** In tabernáculo suo habitare facit eam. Et præelégit. Glória Patri. Elégit. **Y.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Vespera à Capitulo de S. Apollinari, cum Commem. Sanctæ Mariæ Magdalene, & S. Liborii.

Si verò ob aliquam causam dici contigerit Vesperas secundas S. Mariæ Magdalene integras, tunc omnia sumuntur ex primis Vesperis, supra 482. & post Hymnum dicitur **Y.** Elégit eam Deus. **Añā.** ad Magnificat. Mŭlier, quæ erat in civitate, ut infra. **Oratio.** Beate Mariæ, ut supra.

DIE XXIII. JULII.

In Festo S. Apollinaris Episcopi & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xvij. exceptis his quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, fœdlium remunerator animarum, qui hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue nobis quæsumus fœmulis tuis; ut, cujus venerandam celebramus festivitatem, præcibus ejus indulgentiam consequamur. Per Dŏminum.

Deinde fit Commemor. S. Mariæ Magdalene, Añā. Mŭlier, quæ erat in civitate peccatrix, attulit alabastrum unguenti, & stans retrò secus pedes Dŏmini, lacrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat. **Y.** Elégit eam Deus, & præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Orat. Beate Mariæ, ut sup. 483.

Postea fit Commemoratio Sancti Liborii Episcopi & Confessoris, Antiphona, Sacerdos & Pontifex, &

virtutum ópifex, pastor bone in pŏpulo, ora pro nobis Dŏminum. **Y.** Amavit eum Dŏminus, & ornavit eum. **R.** Stulam glorie induit eum.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Liborii Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dŏminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Apollinaris cum Principe Apostolorum Antiochiæ Romam venit, à quo ordinatus Episcopus, Ravennam ad Christi Dŏmini Evangelium prædicandum mittitur: ubi cum ad Christi fidem plurimos converteret, captus ab idololâtræ sacerdotibus graviter cæsus est. Cùmque ipso orante Bonifacius nobilis vir, qui diu mutus fuerat, loqueretur, ejusque filia immundo spiritu liberata esset, iterum est in illum commota seditio. Itaque virgicæ casus, ardentes carbones nudis pedibus præmere cœgitur, quem cùm subjectus ignis nihil læderet, eiecit extra urbem.

R. Honestum fecit illum Dŏminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: **Y.** Et dedit illi claritatem ætérnam. **Y.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

IS verò latens aliquamdiu cum quibusdam Christianis, inde profectus est in Æmiliam, ubi Rufini patricii filiam mortuam ad vitam revocavit: ut propterea tota Rufini familia in Jesum Christum crederet. Quare vehementer incen-

sus Præfectus accersit Apollinarem, & cum eo gravius agit, ut finem faciat disseminandi in urbe Christi fidem. Cujus cum Apollinaris jussa negligeret, equuleo cruciatur: in cuius plagas aqua fervens infunditur, saxoque os tunditur: mox ferreis vinculis constrictus includitur in carcere. Quarto die impositus in navem, mittitur in exilium: ac facto naufragio venit in Mysiam, inde ad ripam Danubii, postea in Thraciam.

Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, & Et voluntate labiorum ejus non fraudastium. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vi.

Cum autem in Serapidis templo demon se responsa daturum negaret, dum ibidem Petri Apostoli discipulus moraretur; diu conquisitus inventus est Apollinaris: qui iterum jubetur navigare. Ità reversus Ravennam, ab iisdem illis idolorum sacerdotibus accusatus, Centurioni custodiendus traditur: qui cum ocellum Christum cerneret, noctu Apollinarem dimisit. Re cognitâ, satellites eum persequuntur, & plagis in itinere confectum, quod mortuum crederent, relinquunt. Quem cum inde Christiani susculissent, septimo die exhortans illos ad fidei constantiam, martyrii gloria clarus migravit è vita. Cujus corpus propè murum urbis sepulchrum est.

Stola juvenitatis induit eum Dominus: & Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. Cibavit illum Dominus pane viæ: & intellectus: & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 22. c.

In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse major. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 10. in Luc. cap. 22. post initium.

Regnum Dei non est de hoc mundo. Non ergo aequalitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem. Justus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandam divinæ conversationis similitudinem mundum hunc Dei cognitione contemnat; voluptatesque terrenas verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitam: unde & corpus Christi edimus, ut vitæ æternæ possimus esse participes.

Corona aurea super caput ejus, Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

Non enim victus & potus nobis præmii loco spondetur & honoris, sed communicatio gratiæ celestis & vitæ. Neque duodecim throni tamquam aliqua corporalls sunt receptacula sessionis: sed quia sicut secundum divinam similitudinem judicat Christus, cognitione cordium, non interrogatione factorum, virtutem remunerans, impietatemque condemnans: ita & Apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei, & exeratione perfidie, virtute errorem redarguentes, sacrilegos odio persequentes.

R.

Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: Qui minas iudicum non timuit, nec terræ dignitatis gloriam quæsit, sed ad cælestia regna pervenit. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

Convertamur igitur, & caveamus, ne in perditionem aliquam inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim contendebant Apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. Si Petrus aliquando convertitur, qui ad primam Domini secutus est vocem: quis potest dicere, citò se esse convertum? Cave ergo jactantiam, cave seculum. Ille enim confirmare jubetur fratres suos, qui dixit: Omnia dimisimus, & secuti sumus te. Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio S. Liborii Episcopi & Confessoris, Antiphona. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Liborii Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

In ii. Vesperis, fit Commemoratio S. Christianæ Virginis & Martyris, Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. Spécie tua & pulchritudine tua. Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata Christina Virgo &

Martyr impleret: quæ tibi grata semper exitit & merito casitatis, & tuæ professionis virtutis. Per Dominum.

DIE XXIV. JULII.

In Vigilia Sancti Jacobi Apostoli. Tres Lectiones de Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium Hoc est præceptum meum, ut in Vigilia Apostolorum. j.

Ad Laudes ut in Psalterio, & dicuntur Preces feriales flexis genibus. 44.

Oratio. Da, quæsumus omnipotens Deus; ut beati Jacobi Apostoli tui, quam prævenimus, veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio S. Christianæ, Antiphona. Simile est regnum cælorum homini negotiatori quarerenti bonas margaritas: inventâ unâ pretiosâ, dedit omnia sua & comparavit eam. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio. Indulgentiam, ut supra.

DIE XXV. JULII.

In Festo S. Jacobi Apostoli.

Duplex.

Omnia de Communi Apostolorum, j. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos: ut Apostoli tui Jacobi munita presidii, & conversatione tibi placeat, & securâ mente deserviat. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Epistola prima ad Corinthios. Sic nos existimet homo, de Communi Apostolorum. vi.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

Jacobus, Zebedæi filius, Joannis Apostoli germanus frater, Gallilæus, inter primos Apostolos vocatus cum fratre, relictis patre ac rétibz, secutus est Dominum, & ambo ab ipso Jesu Boanerges, id est,

est, tonitru filii sunt appellati. Is unus fuit ex tribus Apostolis, quos Salvator maxime dilexit, & testes esse voluit sue transfigurationis, & interesse miraculo, cum archisynagoga filiam a mortuis excitavit, & adesse cum secessit in montem Oliveti, Patrem oraturus, antequam a Judæis comprehenderetur.

R. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volentem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

Lectio v.

Post Jesu Christi ascensum in cælum, in Judæa & Samaria ejus divinitatem predicans, plurimos ad Christianam fidem perduxit. Mox in Hispaniam profectus, ibi aliquos ad Christum convertit, ex quorum numero septem postea Episcopi a beato Petro ordinati, in Hispaniam primi directi sunt. Deinde Jerosolymam reversus, cum inter alios Hermogenem magum fidei veritate imbuisset, Herodes Agrippa Claudio Imperatore ad regnum elatus, ut à Judæis gratiam iniret, Jacobum liberè Jesum Christum Deum consistentem capitis condemnavit. Quem cum is, qui eum duxerat ad tribunal, fortiter martyrium subeuntem vidisset; statim se & ipse Christianum esse professus est.

R. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: • Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. **V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum

tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete.

Lectio vi.

Ad supplicium cum raperentur, petijt ille à Jacobo veniam: quem Jacobus osculatus, Pax, inquit, tibi sit. Itaque uterque est securi percussus, cum paulo ante Jacobus paralyticum sanasset. Corpus ejus postea Compostellam translatum est, ubi summâ celebritate colitur, convenientibus eò religionis & voti causâ ex toto terrarum orbe peregrinis. Memoria ipsius natalis hodierno die, qui translationis dies est, ab Ecclesia celebratur, cum ipse circa Festum Paschæ primus Apostolorum Jerosolymis profuso sanguine testimonium Jesu Christo dederit.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui continentens jussa principum, meruerunt præmia æternâ: • Modo coronantur, & accipiunt palmam. **V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò coronantur. Gloria Patri. Modò coronantur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 20. e

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homilia 66. in Matthæum.

Non turbetur quisquam, si aedò imperfectos dicimus Apostolos fuisse: nondum enim mysterium crucis erat consummatum, nondum gratia Spiritus in corda ipsorum infusa. Quod si virtutem ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam Spiritus fuerint, considera, & vidèbis omnem ab illis per-

perversam affectionem fuisse superatam. Hæc enim de causa eorum modò imperfectio revelatur, ut aperte percipere possis, quales subito per gratiam effecti fuerunt. Quod igitur nihil spirituale petebant, nec de cælesti regno quiddam cogitabant; perspicuum est. Sed tamen inspicimus etiam quomodo accedant, & quid dicant. Volunt, iniqui, ut quodcumque petierimus, facias nobis. Ad quod Christus, Quid vultis? respondit: non ignorans certè, sed ut eos respondere cogat, & ulcus detegat, & ita medicamentum apponat.

R. Isti sunt qui viventés in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: • Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini.

Lectio viij.

Illi verò cum erubescerent, & verecundia prohiberentur, quoniam humano affectu eò devenerant, seorsum ab aliis discipulis Christum accipientes, interrogaverunt. Progressi sunt enim, inquit, ne illis manifesti fierent: & ita demum ea, que volebant, dixerunt. Volebant autem, ut ego conjicio, quoniam super duodecim sedes sessuorum discipulos audierunt, primatum hujus consensus impetrare: & præponi quidem se cæteris sciebant; Petrum verò sibi præferri formidantes, dicere ausi sunt: Dic ut unus à dextris, alter à sinistris sedeat. Et urgent dicentes: Dic. Quid igitur ipse? Ut significaret eos nihil petere spirituale, sed nec scire quidem quid postulent, non enim petere auderent, si scirent: Nescitis, ait, quid petatis: nescitis quam magnam hoc sit, quam mirabile, ac ip-

sas superiores excedens virtutes.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam: • Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. **V.** Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt justitiam. Quorum Gloria Patri. Quorum.

Lectio ix.

Et adiecit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quomodo statim ab hac opinione ipsos removit, contraria eis disserens. Nam vos, inquit, de honoribus & de coronis mecum agitis: ego verò de luctamine atque sudore dissero. Non primorum hoc tempus est, nec illa gloria mea modò apparebit: sed cædis ac periculorum tempus præsens est. Perspice autem qualiter ipso interrogationis modo, & hortatur, & allicit. Non enim dixit: Testistisne cædem subire, potestisne vestrum effundere sanguinem? Sed, Quoniam pacto potestis bibere calicem? Deinde alieniens, inquit, Quem ego bibiturus sum: ut ipsa cum eo communicatione laborum promptiores redderentur.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus tantum fit Commemoratio S. Christophori Martyris, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florèbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio.

Præsta, quaesumus omnipotens Deus; ut qui beati Christophori Martyris tui natalicia colimus, intercessionem ejus in tui nominis amore roborèmur. Per Dominum.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Annæ.

DIE XXVI. JULII.

In Festo Sanctæ Annæ Matris beate Mariæ Virginis.

Duplex.

Omnia de Comuni nec Virginis nec Martyris, lxxx. præter ea quæ sequuntur.

Antiphona. Simile est regnum cælorum homini negotiatóri querenti bonas margaritas: inventâ unâ pretiosâ, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Spécie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

Deus, qui beatæ Annæ grâtiâ conferre dignatus es, ut Genitricis unigeniti Filii tuæ mater effici mereretur: concede propitius; ut ejus sollemnâ celebrâmus, ejus apud te patrocinis adjuvemur. Per eundem Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Parabolis Salomonis Mulierem fortem, ut in Comuni nec Virginis nec Martyrum. lxxxij.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joánnis Damasceni. Oratione 2. de Nativitate B. Mariæ prope finem.

LECTIO IV.

Propónitur nobis Annæ thalamus, conjugális vitæ simul & virginitatis formæ referens, illam matris, hanc filie: quarum altera recens sterilitate liberata est, altera autem aliquantó post Christi partum ad nostræ naturæ conditionem divino opificio formatum, supra naturam est editura. Merito igitur Anna divino Spiritu plena, læto hilarique animo personat: Congaudete mecum, quæ promissionis germen ex sterili ventre peperit, ac benedictionis fructum uberibus meis, ut optâveram, nutrio. Sterilitatis mœstitiam exui, ac lætam fecunditatis vestem indui. Con-

gaudeat mecum hodiè Anna illa, Phenennæ adversaria: & novum hoc atque inopinatum miraculum, quod in me gestum est, suo exemplo concēbret.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **V.** Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Et deducet.

LECTIO V.

Exultet Sara senlis gaudio genitens, meumque ab sterilitate concēptum præfigurans. Concinant simul steriles & infecundæ visitationem meam admirabili modo cœlitus factam. Dicant item matres omnes hæc fecunditate præditæ: Benedictus, qui orantibus, id quod optabant, largitus est, & fecunditatem sterili dedit, ac felicissimum illud germen Virginis concēssit, quæ Mater Dei secundum carnem fuit: cujus venter cælum est, in qua habitavit is, qui nullo loco capi potest. Consonam his nos quoque ipsi, quæ vocabatur sterilis, nunc autem virginei thalami mater exiitit, laudem offeramus. Dicamus ad eam cum Scripturâ: Quam beata domus David, ex qua Deus sanctificationis arcam, hoc est, eam, à qua ipse sine semine concēptus est, fabricavit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: **V.** Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

LECTIO VI.

Verè beata es, ac ter beata, quæ beatitudine donatam à Deo infāntem, hoc est, Mariam, nómine quoque ipso magnopere venerandam peperisti, ex qua Christus vitæ flos exiitit, cujus virginis & glori-

sus

sus fuit ortus, & partus mundo sublimior. Nos quoque, o beatissima femina, tibi gratulamur. Etenim nostrum omnium spem divinitus concessam, hoc est, promissionis factum peperisti. Beata revera es, & beatus fructus ventris tui. Piórum autem lingua germen tuum magnificat, ac sermo omnis lætus partum tuum prædicat. Dignum sane quidem, ac maxime dignum est eam laudare, quæ divinâ benignitate oraculum accepit, ac talem & tantum nobis fructum edidit, ex quo dulcis Jesus prodit.

R. Fallax grâtiâ, & vana est pulchritudo: **V.** Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis ópera ejus. Mulier. Glória Patri. Mulier.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Simile est regnum cælorum thesauro, de Comuni nec Virginis nec Martyris. lxxxviij.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Pantaleonis.

DIE XXVII. JULII.

Sancti Pantaleonis Martyris. **Ant.** Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiórum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Glória & honore coronasti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus; ut intercedente beato Pantaleone Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dóminum.

LECTIO III.

Pantaleón Nicomediensis, nobilis medicus, ab Hermolao Presbytero in Jesu Christi fide eru-

ditus, baptizatus est, qui mox patri Eustorgio persuasit, ut Christianus fieret. Quare cum Nicomediæ postea Christi Dómini fidem liberè prædicaret, & ad ejus doctrinam omnes cohortaretur, Diocletiano Imperatore equivoque tortus, & admotis ad ejus corpus láninis candentibus, cruciatus est: quoniam tormentórum vim æquo & forti animo ferens, ad extrémum gládio percussus, martyrii coronam adeptus est.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXVIII. JULII.

In Festo SS. Nazarii, Celsi, & Victoris Martyrum, ac Innocentii Papæ & Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xxx. præter sequentia.

Oratio.

Sanctorum tuórum nos, Dómine, Nazarii, Celsi, Victoris, ac Innocentii confessio beata communiat: & fragilitati nostræ subsidium dignanter exóret. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Nazarius, à beato Lino Papa baptizatus, cum in Galliam profectus esset, ibi Celsum puerum, ac Christianis præceptis prius instructum, baptizavit; qui unâ Tréverim euntes, Nerónis persecutióne in mare uterque dejecit, undè mirabiliter evaserunt. Postea Mediolanum venientes, cum ibi Christi fidem disseminarent, ab Anolino Prefecto constantissimè Christum Deum confitentes, capite percutiunt: quorum corpora extra portam Romanam sepulta sunt. Quæ cum diu latuissent, Dei mōitu à beato Ambro-

bró-

brósio conspersa recénti ságuine sunt inventa, tamquam si paulo antè martyrium passi essent: undè in urbem translata, honorífico sepulchro contacta sunt.

R. Sancti tui Dómine mirábilè consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis válidis: * Terra apparuit árida, & in Mari rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

Lectio vj.

Victor in Africa natus, Severo Imperatore rexit Ecclésiám. Confirmávit decretum Pii Primi, ut sacrum Pascha die Dóminico celebraretur: qui ritus ut postea in mores induceretur, hábita sunt multis in locis Concilia: & in Nycæna déniq; prima Synodo sanctum est, ut Pascha dies festus post quartam décimam lunam ageretur, ne Christiani Judæos imitari viderentur. Stáruit, ut quavis aqua, modò naturali, si necessitas cogeret, quicumq; baptizári posset. Theódotum Coriárium Byzantium docéntem Christum tantummodò hómínem fuisse, ejecit ex Ecclésiá. Scripsit de quæstione Paschæ, & ália quædam opúscula. Creávit duobus Ordinatióibus mense Decémbri Presbyteros quatuor, Diáconos septem, Episcopos per diversa loca duodécim. Martyrio coronatus, sepelitur in Vaticano, quinto Kalendas Augusti. Sedit annos novem, mensem unum, dies viginti octo.

R. Verbera carnicum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi dómíne: * Ut hæreses ferent in domo Dómini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæreses.

Lectio vij.

Innocéntius Albanénsis Sancti Hierónymi & Augustini ætate

floruit: de quo ille ad Demetriadem virginem: Sancti Innocéntii, qui Apostólica Cathedræ, & beatæ memoriæ Anastásii successor & filius est, teneas fidem, nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidæque videáris, doctrinam recipias. Eum tamquam justum Lot subtráctum Dei providentiá ad Ravennam servátum fuisse, scribit Orósius, ne Románi pópuli videret exídiium. Is, Pelágio & Cælestio damnátis, contra eórum hæresim decretum fecit, ut párvuli ex Christiána etiám muliere nati, per baptismum renasci debérent, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatióne contraxerunt. Probávit etiám, ut Sábbato ob memoriám Christi Dómini sepultúra, jejúnium servaretur. Sedit annos quindecim, mensem unum, dies decem. Quatuor Ordinatióibus mense Decémbri creávit Presbyteros triginta, Diáconos quindecim, Episcopos per diversa loca quinquagintaquatuor. Sepúltus est in cœmeterio ad Ursum pileátum.

R. Tamquam aurum in fornacè probávit electos Dóminus, & quasi holocausti hóstiam accepit illos: & in tempore erit respectus illórum: * Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fídeles in dilectione acquiescent illi. Quóniam donum. Glória Patri. Quóniam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregórii Papæ in Evangelium. Cum audieritis prælia, de Comuni plurimorum Martyr. xxxvij. In secundis Vesperis, à Capitulo fit de S. Martha.

DIE XXIX. JULII.

In Festo Sanctæ Marthæ Virginis. Semiduplex.

Omnia de Comuni Virginum, lxvij. præter sequentiá.

Oratio.

Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beatæ Marthæ Virginis tuæ festivitate gaudemus, ita pia devotiois erudiámur affectu. Per Dóminum.

Posteá fit Commemoratio Sanctórum Nazarii, Celsi, &c. Antiphona. Gaudent in cœlis ánimæ Sanctórum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideó cum Christo exultant sine fine. **V.** Exultábunt Sancti in glória. **R.** Latábuntur in cubilibus suis.

Oratio. Sanctórum tuórum nos, Dómine, ut supra. 493.

Et fit Commem. SS. Felicis, Simplicii, Faustini, & Beatricis Mart. Antiphona. Istórum est enim regnum cœlórum, qui contempsérunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Latámini in Dómino, & exultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Pæsta, quæsumus Dómine, ut sicut populus Christiánus Martyrum tuórum Felicis, Simplicii, Faustini & Beatricis temporali solemnitate congaudet, ita perfruatur æterná: & quod votis celebrat, comprehendat effectú. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

MArtha nobilibus & copiosis parentibus nata, sed Christi Dómini hospitio clarior, post eius ascensum in cœlum, cum fratre, soróre, & Marcélla pedissequa, ac Maximino, uno ex septuaginta duobus discipulis Christi Dómini, qui totam illam domum baptizáverat, multisque aliis Christianis, comprehénsa à Judæis, in

navem sive velo ac remigio imponentur, vastissimòque mari ad certum naufragium committitur: sed navis, Deo gubernante, salvus omnibus Massiliam appulsa est.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spéciose tua & pulchritudine tua intènde, prospère procede, & regna. Et.

Lectio v.

EO miraculo, & horum prædicatione, primùm Massilienses, mox Aquenses, ac finitimæ gentes in Christum crediderunt: Lazarúsque Massiliénsis, & Maximinus Aquénsium Episcopus creatur. Magdaléna verò assuea orationi, & pécibus Dómini, ut óptimá parte contemplandæ cœlestis beatitudinis, quam elegerat, frueretur, in vastam altissimi montis speluncam se contulit: ubi triginta annos vixit, ab omni hómínum consuetudine disjuncta, quotidieque per id tempus ad audiendas cœlestium laudes in altum ab Angelis elata.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus tuus unguento lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

MArtha autem, mirabili vitæ sanctitate & charitate, omnium Massiliénsium animis in sul amorem & admirationem addictis, in locum à viris remotum cum aliquot honestissimis fémínis se recepit: ubi summa cum laude pietatis & prudentiæ diu vixit: ac demùm morte suá multò ante predictá, miraculis clara migrávit ad Dóminum, quarto Kalendas Augusti: cuius corpus apud Taráscum magnam habet veneratióem.

R. Afferentur Regi virgines post eam, próximæ ejus. * Afferentur ti-



tibi in lætitia & exultatione. *V.* Spécie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Affèrentur. Glória Patri. Afférentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10. g

In illo tempore: Intrávit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam & Martha nómine, excépit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Sermone 26. de Verbis Domini.

Verba Domini nostri Jesu Christi, quæ modò ex Evangelio recitata sunt, admonent nos, esse unum aliquid quò tendamus, quando in hujus sæculi multitudine laboramus. Tendimus autem adhuc peregrinantes, nondum manentes: adhuc in via, nondum in patria: adhuc desiderando: nondum fruendo. Tamen tendamus, & sine pigritia & sine intermissione tendamus, ut aliquando pervenire valeamus. Martha & Maria due sorores erant, ambe non solum carne, sed etiam religione germanæ: ambe Domino coheserunt, ambe Domino in carne præsentî concorder servierunt.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilanter invenit, quæ accipitis lampadibus stumpsit secum oleum: Et veniente Domino & introivit cum eo ad nuptias. *V.* Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et.

Lectio viij.

Suscépit eum Martha, sicut solent suscipi peregrini: sed tamen suscepit famula Dominum, ægra Salvatorem, creatura Creatorem. Suscepit autem spiritu pascenda, in carne pascendum. Vóluit enim Dominus formam servi accipere, & accepta formâ servi in il-

la pasci à servis, dignatione, non conditione. Nam & ista dignatio fuit, se præbere pascendum. Habebat carnem, in qua esuriret quidem, & sitiret; sed nescitis, quia in eremo esurienti Angeli ministrabant? Ergo quòd pasci vóluit, pascénti præstitit. Quid autem mirum, si & de Sancto Elia præstitit vidua, quem prius, corvo ministrante, pascébat? Numquid pascendo defecerat quando ad viduam mittebat? Nequaquam, sed religiosam viduam per obséquium exhibitum servo suo, benedicere disponebat.

R. Média nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. *V.* Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce. Glória Patri. Ecce.

Lectio ix.

Sic ergo susceptus est Dominus tamquam hospes, qui in sua propria venit, & sui eum non receperunt: sed quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: adoptans servos, & liberos faciens: redimens captivos, & faciens cohæredes. Ne quis tamen vestrum forsitan dicat: O beati, qui Christum suscipere in domum propriam meruerunt! Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es, quando jam Dominum non vides in carne. Non tibi abstulit istam dignationem. Cum uni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc de Domino pascendo in carne; sed pascente in spiritu, pauca pro tempore dixerimus.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio Sanctorum Martyrum Felicis, Simplici, &c. Antiphona. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus mercedem estis vos. *V.* Exultabunt Sancti

ti

ti in glória. *R.* Lætábuntur in cubilibus suis.

Oratio. Præsta, quæsumus, ut

suprà. 495.

In secundis Vesperis fit Commemoratio SS. Abdon & Sennen.

DIE XXX. JULII.

SS. Abdon & Sennen Martyrum. Antiphona. Astorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. *V.* Lætâmini in Domino & exultate justi.

R. Et gloriâmini omnes recti corde.

Oratio. Deus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriâ ventendi copiosum munus gratiæ contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum; ut Sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur adversitatibus liberari. Per Dominum.

Lectio iij.

Abdon & Sennen Persæ, Decio Imperatore accusati, quòd corpora Christianorum, quæ inhumata projiciebantur, in suo prædio sepelissent, & diis jubentur sacrificare. Quod cum facere negligerent, & Jesum Christum Deum constantissimè prædicarent, traditos in arcem custodiam, Romanam postea rediens Decius, vincitros duxit in triumpho. Qui cum in Urbe ad simulacra attracti essent, ea detestati conspuerunt. Quamobrem ursis ac leonibus objecti sunt, quos feræ non audebant attingere. Demum gladii trucidati, colligatis pedibus tracti sunt ante Solis simulacrum: quorum corpora clam inde asportata, Quirinus Diaconus sepelivit in suis ædibus.

Te Deum laudamus. 12.

Pars Festiva.

DIE XXXI. JULII.

In Festo S. Ignatii Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, *lv.* præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui ad majorem tui Nominis gloriâ propagandam, novo per beatum Ignatium subsidio militanter Ecclesiam roborasti: concede, ut ejus auxilio & immittatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cælis. Qui vivis & regnas.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio ij.

Ignatius natione Hispanus, nobilitate genere, Loyôla in Cantabria natus, primò Catholici Regis auxilium, deinde militiam secutus est. In propugnatione Pampelonensî accepto vulnere graviter decubens, ex fortuita priorum librorum lectione, ad Christi Sanctorumque sectandâ vestigia mirabiliter exarsit. Ad montem Serratum profectus, ante Aram beatæ Virginis suspensus armis noctem excubans, sacræ militiæ tyrocinium posuit. Inde, ut erat indutus sacco, traditis antea mendico prætiosis vestibus, Marrasæ secessit: ubi emendicato pane & aquâ victitans, exceptisque diebus Dominicis jejuniis, asperâ catenâ cilicioque carnem domans, humi cubans, & ferreis se flagellis cruentans, per annum commemoratus est, claris admodum illustrationibus à Deo recreatus, ut postea dicere solitus sit: Si sacræ Litteræ non extarent, se tamen pro fide mori paratum, ex iis solum, quæ sibi Marrasæ patefecerat Dominus. Quo tempore, homo litterarum planè rudis, admirabilem illum composuit Exercitiarum librum, Sedis

ii

dis

dis Apostolicæ judicio, & omnium utilitate comprobatum.

Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: * Et de dicit illi claritatem æternam. **Y** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio 7.

UT verò se ad animarum lucrité formáret, subsidium literarum, à Grammatica inter pueros exórsus, adhibere stáruit. Cùm que nihil interim omitteret de studio aliénæ salutis, mirum est, quas ubique locórum ærannas ac lubrica devoráverit, asperrima queque, & vincula, & verbera penè ad mortem usque expetebat: quibus tamen longè plura pro Dómini sui glória semper expetebat. Luctuæ Parisiorum adjunctis sibi ex illa Academia variarum nationum sociis novem, qui omnes Artium magisteriis & Theologie gradibus insignes erant, ibidem in monte Mártirum prima Ordinis fundamenta jecit: quem postea Romæ instituens, ad tria consueva, quæ dedit de Missionibus voto, Secundo à Apostolicæ ærctiús adstrinxit: & Paulus Tertius primò recepit, confirmavitque: mox alii Pontifices ac Tridentina Synodus probavere. Ipse autem misso ad prædicandum Indis Evangelium Sancto Francisco Xavério, aliisque in alias mundi plagas ad Religionem propagandam disseminatis, ethnica superstitioni, hæresique bellum indixit, eo successu continuatum, ut constans fuerit omnium sensus, etiam Pontificio confirmatus oráculo, Deum sicut alios aliis temporibus sanctos viros, ita Luthéro, ejusdemque temporis hæreticis, Ignatium & institutam ab eo Societatem objecisse.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **Y.** Induit eum Dóminus lorricam fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio 6.

Sed in primis inter Cathólicos Templórum nitor, Catechismi traditio, Conciónum ac Sacramentórum frequentia, ab ipso incrementum accepere. Ipse apertis ubique locórum ad juventutem erudiendam in litteris, ac pietate gymnasiis; eréctis Romæ Germanórum Collégio, malè nuptarum, & periclitantium puellarum Cœnobiiis, utriusque sexus tam Orphanórum, quam Catechumenórum dómibus, aliisque pietatis opéribus, indefessus lucrândis Deo animis instábat: auditus aliquando dicere: Si optio darétur, malle se beatitudinis incertum vivere, & interim Deo inservire & proximórum salutí, quam certum ejósdem glóriæ statim mori. In dæmonum mirum exércuit impérium. Vultum ejus cœlesti luce radiantem Sanctus Philippus Nérius, alique conspexere. Denique ætatis anno sexagesimo quinto, ad Dómini sui amplexum, cujus majórem glóriam in ore semper habuerat, semper in omnibus quæsierat, emigrávit. Quem Gregórius Décimus Quintus, magnis in Ecclesiám méritis & miraculis illustrem, Sanctórum fastis adscripsit.

R. Iste homo perfécit omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **Y.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium De-

Designávit Dóminus, ut in Comuni Evangelistarum. xvj.

FESTA AUGUSTI.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. cxxxij.

DIE I. AUGUSTI.

In Festo Sancti Petri ad Vincula.

Duplex.

Ad Vesperas, Añã. Heródes rex, cum reliquis de Laudibus. 502.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Acto. a.

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

Hymnus.

Miris modis repente liber, fërrea Christo jubente vincla Petrus exiit: Ovis ille Pastor, & Rector gregis, Vita reclúdit páscoa, & fontes sacros, Ovesque servat créditos, arcet lupos.

Patri perenne sit per ævum glória, Tibique laudes concinamus inclytas,

Ætérne Nate, sit supérne Spiritus Honor tibi, decusque sancta jugiter Laudétur omne Trinitas per sæculum. Amen.

Y. Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificábo Ecclesiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona. s.

Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi tradita sunt claves regni cœlorum.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illesum abire fecisti: nostrórum, quesumus, absolvé vincula peccatórum; & omnia mala à nobis propiatiús excludé. Per Dóminum.

Deiódè fit Commemor. S. Pauli.

Añã. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis, & Doctor Géntium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elégit. **Y.** Tu es vas electiónis, Sancte Paule Apóstole. **R.** Prædicátor veritatis in universo mundo.

Oratio.

Deus, qui multitudinem Géntium beati Pauli Apóstoli prædicatióne docuisti: da nobis quesumus; ut ejus Commemoratióinem colimus, & ejus apud te patrocinia sentiamus.

Et S. Ignatii, Añã. Hic vir despicieci mundum & terréna, triumpfans, divitias cœlo cóndidit ore, manu. **Y.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio.

Deus, qui ad majórem tui Nómínis glóriam propagandam, novo per beatum Ignatium subsidio militántem Ecclesiám roborásti: concede, ut ejus auxilio & imitatione certantes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis.

Postea SS. Mártirum Machabæorum, Antiphona. Istórum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **Y.** Latámité in Dómino & exultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártirum tuórum corónã lificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplice nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dóminum, * Venite, adorémus. Psalm. Vete, exultémus. 2.